

A sent, quam assidentibus cedere, voluntaria deditio cessare. Sabel. lib. 10.

NON FRAUDANTIUM PRÆMIA.

In Episcopatu Coloniensi, oppido Imperiali, quod Doufburg dicitur, Vidua quædam ceterisviam braxare, ac vendere solebat. Die quadam, cum civitas casu fuisset incensa, ipsi- que incendium domui ejus appropinquasset, illa jam non habens spem in auxilio humano, ad divinum confugit: nam omnia sua vasa, quibus cerevisiam emporibus mensurare solebat, ad ostium domus contra flammam ponens, in multa cordis sui simplicitate sic oravit, dicens: Domine Deus justus & misericors, si unquam aliquem hominum his mensuris decepi, volo, ut domus hæc comburatur: si autem feci, quod rectum est in oculis tuis, precor justitiam tuam, ut in hac hora misericorditer respicias necessitatem meam, & mihi meque supellestili parcere digneris. Mira fides femine, mira Dei humilitas, qui dixit, Marc. 4. Quia mensura mensi fueritis, remetietur vobis; ac si oratione fidelis vidua conclusus fuisset, flammam omnia in circuitu devorantes, a domo ejus compescuit, cunctis stupentibus, quod ignis furens materiam cremabilem lamberet, nec incenderet. Ex Cesar. lib. 10. mirac. c. 31.

¶ Vide loca paulo ante indicata, & iis omnis generis exempla. Fraudem in successione intervenire. Quare Successio.

\* Frenum.

Quo frenantur equi, aut ora eorum franguntur, χαλκός Græcè, à χαλκός, quod est laxare.

QUIS INVENERIT?

Equos frenis subigere, primum docuisse traditur Pelethronius, ut scribit Parricius lib. 3, tit. 2. de Regno.

Poeta Palladi ejus inventionem tribuit. Lapitharum nonnulli primum inventum volunt.

¶ Opifices. Quere in loco de Operibus mechanicis.

Frigus.

¶ Consulte Tit. de Constantia Regionis frigide, quere in Tit. de locis, eorumque qualitate varia.

Frons.

¶ Quere in loco de corpore. Tit. de Partibus corporis. Vide etiam Tit. de Abrasione, & Capillis.

Frugalitas.

Vide ABSTINENTIA. TEMPERANTIA.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FRUGALIS, Græcè φρονός, σφρόνος, εὐχρηστικός, εὐχρηστικός. Et si σφροσύνη, λιτότης, εὐτελής, frugalitas dicitur. Est autem Frugalitas virtus, quæ motus animi regit & sedat, moderatamque in omni re novit servare constantiam. Suntque frugi homines, quos Græcè φρονίμους dicunt; qui in omni re motus animi moderantur.

Frugalitas, Hebr. Chochmah, Chochmah, vir sapiens, industrius, prudens, frugi, vide Prov. 1. 2. 4. & 10. 1. Eccl. 2. 14. Idem illis est sapientia, & frugalitas.

Frugalitas, virtus est media inter prodigalitate & avaritiam, cum nec nimis parcere rebus utamur, nec nimis luxuriosè. Est igitur moderata parsimonia cibi & potus. Dicuntur autem hæc omnia à frux nominativa, pro fruge. Varro. Erux, legumen triticum. Hinc frugi indeclinabile nomen. Suntque frugi, de quibus supra. Hinc etiam frumentum quasi frugamentum. Igitur frugalitas à fruge, qua nihil melius è terra, ait Cicero 3. Tuscul.

Frugalitas est virtus, quæ res proprias custodit, utiliter collocat, vitat sumptus non necessarios, emaciatem, luxum, mutationes, adificationes: & tamen ubi ratio postulat, expendit, quantum opus est. Vicina virtus est liberalitati, & eadem ferè habet extrema. Liberalitas avaritiæ & tenacitati: frugalitas profusionibus & prodigalitati magis est opposita. Emaciatem fugiendam esse, docet Senecæ regula Oeconomica, Epist. 91. Emas non quod opus est, sed quod necesse est. Adversus mutationes Chilo foribus templi Delphici adscriptis, Aëris alieni comes miseria. Quod ad adificationum infantiam extant Græci verbuli, Latinis verbis ita expressi: Adificare domos, & pascere corpora multa, Ad paupertatem proximus est aditus.

FINIS ET EFFECTUS.

Primus est, ut Deo obediamus, 2. ut nostras facultates conservemus & augeamus. Olim Hesiodus cecinit: Adde parum parvo, parvo superadde pusillum, Fiet & hoc magnum, infelix pelletur exestas.

3. Ut ad beneficentiam & sumptus necessarios copiose impetant. Plin. lib. 2. epist. ad Cal. Quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur, ex qua, velut fonte, liberalitas nostra decurrit. Que tamen ita temperanda est, ut nimia profusione inareat. Pugnantis sunt, Profusio in pompas inanes, vestes splendidas, inutilis sumptus, ambitiosæ adificationum moles, convivia nimis lautæ: Nimia ex opposito tenacitas, fordities, genii fraudatio, negligentia item & ignavia in rebus propriis custodiendis, & laboribus tempestivis suscipiendis.

\* DE FRUGALITATIS COMMODIS

ET HONESTATE.

APOPHTEGMATA.

CRATES benefico Phalero indignatus est, quod ipsi panes ac vinum misisset, dicens: Utinam fontes etiam panes ferrent. Sentiens, Vino nihil opus esse philosopho: atque hoc ipsum esse submoletum, quod panis non aequè parabilis esset ac potus. Laert. lib. 6. c. 1. Idem Stilpon Cæsi dedit carinam, simulque proposuit quaestiuclum. Cum Cynicus protinus nucem devorasset: Carinam, inquit Stilpo, perdidisti: hic Crates, Non carinam modò, sed & quaestiuclum, cujus illa fuit artha Sentiens, se frustra captatum munuclum ad respondendum. Laert. lib. 2. c. 1. Idem, Cum in forum incidisset, alios ementes, vendentes alios contemplantus: Illi, inquit, quod rem inter se contrariam agunt, se beatos esse judicant: ac ego me, quod utriusque, tum emendi, tum vendendi, sim immisus. Stob. ser. 1. de Prod.

SOCRATES dicebat, eos qui frugaliter viverent, longè plus habere voluptatis, ac minus cruciatuum, quàm si indulgerent genio. Laert. lib. 2. c. 5.

Idem advocat divites aliquot ad cenam: ob id sollicita Xantippe, quod apparatus esset perquam exiguis: Bono animo esto, inquit, nam si frugi temperatice sunt, boni consistent: si minus, nulla bonis horum cura debet esse. Hoc dilemma nobis meritò excuteret operosam & sumptuosam ambitionem in excipiendis convivis. Laert. lib. 2. c. 3. Stob.

Idem dicitur solius esse, eum esse diis simillimum, qui quam paucissimis egeret, dum dii omnino nullis egeant rei. At vulgus divites diis proximis existimat, quorum deliciis nihil satis est. De his enim dictum est in comædia Terentianâ: Quam vos facillimè agitis. Hoc autem Homerus diis tribuit, quos appellat ἱβόν ἄφροντας, id est, facillimè viventes. Facillimè autem vivit, qui paucissimis contentus est. Laert. lib. 2.

Idem dicebat, qui suaviter ederet panem, huic non esse opus obsonio: & qui suaviter biberet quilibet potum, huic non desiderare poculum, præter id quod adest. Fames enim & sitis optime condit omnia. Ibid.

Idem admonere solebat, quod apud alios diceretur edere aut convivari, apud Athenienses dici εὐχρηστικός: qua voce dicebat nos admoneri, eo temperamento sumendum cibum, ut nec corpus nec animus oneretur, hoc opinor alludens, quod εὐχρηστικός, sonet vehi, εὐχρηστικός, vehiculum, quamquam, εὐχρηστικός & cibus, coque additum εὐ, ne sarcina iusto gravius imponeretur corpori. Erasim. 1. Apoph.

Idem Xantippe eum increpante, quod tenuiter se ad amicos accipiendos prepararet, dixit: Si nosi fuerint, nihil curabunt, sin alieni, nos de ipsis nihil curabimus. Max. ser. 13.

Idem dicebat quoque, optimum condimentum esse famem, quod & optime edulceret omnia, & nullus esse impendii. Unde ipse semper jucundè edebat ac bibeat, quia neutrum faciebat, nisi esuriens ac sitiens. Laert.

Idem dicere solebat, multos in hoc vivere, ut ederent & biberent: se autem contra, ob id biberere & edere, ut viverent quod his rebus non ad voluptatem, sed ad necessitatem uteretur, quandoquidem natura paucis contenta sit. Erasim. 1. 3. Apoph. ex Stob.

Idem per forum obambulans, cum aspiceret mercium copiam, quæ illic vendebantur, ita secum loqui consuevit: Quam multis rebus ego non egeo: ast alii cruciantur animo, ita cogitantes: Quam multa mihi desunt! Sibi gratulabatur, quod juxta naturam vivens ac assuetus, aurum, purpuram, gemmas, ebur, aulæa, reliquaque divitum delicias, nec cuperet, nec egeret: quas dicere solebat magis necessarias agendis tragædiis, quàm ad usum vitæ. Laert. lib. 2.

Idem,

A Idem, quandam ex Amicis conquirentem, quod Athenis omnia magno venirent (vinum enim Chium mina, purpuram tribus minis constare, mellis heminam quinque drachmis) manu illius prehensa, duxit in forum farinarium: Obolo, inquit, inliers, semixestarius venit; villis igitur annona est. Hinc ad olestra deducens: Duobus, inquit, areis sextarius est. non magno igitur in urbe veniunt omnia. Qui paucis ac neccepharibus contentus est, sibi facit vilem annonam. Erasim. 1. 3. apoph.

Idem, quondam prætoribus deambulanti contentius usque ad vesperam, cum præterirentium quæpiam dixisset. Quid agis Socrates? Obsonium, inquit, mihi comparo in cenam; de fame sentiens, quam agitatione corporis excitebat. M. Tullius sic explicat: Quò melius cenam, obsonio ambulando famem. Laert.

Idem ad famem ac sitim tolerandam excrucietur sese, post sudorem enim palæstra collectum, cum alii potum vehementer appetunt, nunquam bibeat de primo crateri: rogatus quam ob rem id faceret? Ne conietam, inquit, obsequi affectibus. Interdum enim, licet sitis, noxium est bibere: hinc cum ratio suadet abstinentiam, affectus hortatur ut bibas, magis obtemperandum est rationi. Laert. lib. 2.

DIOGENES, cum aliquando à Cratæo Alexandri Magni præfecto ad cenam invitatus esset, respondit: se malle salem Athenis lingere, quam apud Craterum adipata frui mensa. Laert. lib. 6.

Idem, quibusdam obijcentibus, quod in foro cibum caperet: Quod mirum? inquit, in foro elurios, ratiocinatus à relative oppositis. Si fames non urgeter hominem in foro, fortassis absurdum esset, in foro veici. Sed eodem colore se tueri poterat, in foro dejectionis alvum, aut urinam reddens. Laert. lib. 6.

Idem, quum aliquando vidisset puerum cava manu bibentem: Hic puer, inquit, me frugalitate superat, qui suppellectilem superfluum in eum circumferat; & educum è pera poculum ligneum abiecit: Nec cibum, inquit, & in hoc nobis providiisse naturam. Quum alterum puerum vidisset vasculo fracto, cavo panis excipere lenticulam, abiecit & catinum ligneum, & supervacaneum. Hæc patiar vitæ ridicula, modò fateamur, immodicum simpliciter exemplum in hoc esse utile, ut nos nostri luxus pudeat. Ibid.

Idem, quum in publica via pranderet, multique cingerent illum ob spectaculi novitatem, ac subinde acclamarent, Canis, canis: Imò, inquit, vos potius estis canes, qui prandentem circumstantis; nam id canibus cum primis familiare. Ibid.

Idem, quum primum capisset philosophari, ac in dolio, sicco mucidoque pane vescens solus, audire totam urbem lætitia perstreptentem (erat enim dies festus) sensit animo nonnihil tædii, diuque secum de relinquendo vitæ instituto cogitavit. Sed quum tandem mures videret adrepentes, panisque micæ edere: Quid tibi displicet, inquit, à Diogenes: nunc magnificus es; ecce etiam parasitus alis. Ibid.

Idem, panem album nactus, è pera cibarium ejecit, hunc versum proloquens: Hospes tyrannus è vita decedito. Stob. serm. 50.

Idem, quum opiparo convivio videret Platonem nihil attingentem lautitiam, sed oleis dumtaxat vescentem: Quid accidit, inquit, vir sapientissime, ut cum ob hujusmodi mensas in Siciliam profectus sis, hic à paratis abstineas? Ad hæc Plato: At Hercules Diogenes, & in Sicilia hujusmodi cibo contentus eram. Quid igitur, inquit Diogenes, necesse erat Syracusas navigare? An tum Atica non ferebat oleas? Adtribuit quidam hoc dictum Aristippo. Ibid.

ANONYMUS, Quidam Lacon cum duas amygdalas duplo vendi conficeret: Sumte hic, inquit, lapides? Quasi nihil interesset inter silicem & amygdalam. Ad hæc Lacon delictum erat ridens, ut neciret, sub gemino cortice latere nucleum. Erapparet hoc genus arboris non quibuslibet regionibus fuisse nonum, quando Plinius dubitat, an ætate Catonis fuerit in Italia. Plin. in Lacon.

ALEXANDER, quum regina Carum Ada illud haberet studio, ut assiduè mitteret Alexandro obsonia, bellariaque, per talium rerum architectos coquoque magna arte parata; Alexander ait, se ipsum habere meliores obsoniorum artifices: ad prandium quidem, nocturnum iter: ad cenam vero, tenuè prandium. Plur. in reg. & imp. apoph.

CYRUS, rogatus ab hospite, quid ad prandium apparari juberet? Nihil aliud, inquit, quam panem: Nam spero me prope rivum cœnantium, Mira frugalitas in rege barbaro: cui panis L. B. T. becat. Vita Human. Tom. 111.

erat pro obsonio, & sitim aquæ spe deferebat in cenam. E. Refert Ammianus lib. 21.

Prodicus dicere solebat, optimum condimentum esse ipsum ignem. Sentiens, bono stomacho satis esse, obsonium esse coctum, etiam si nihil accedat deliciarum. Erasim. lib. 6. Apoph.

SCIRIO Minor. Narrat, eum annis quinquaginta quatuor, quibus vixit, nihil vendidisse, nihil emisse, nihil adificasse; libras autem argenti triginta tres, auri duas in ampla domo reliquisse, quamvis pater minutus esset est: Si plura quam secundum naturam velletur, vel ingurgitaret, ipsum condignas pœnas luiturum. Docuit filium vir sapientissimus, frugaliter esse vivendum, cum natura paucis contenta esse soleat; quæ si obsonio obturitur nimio, pœna statim in promptu est, quæ in variis morbis illico sese ostendit. Stob. ser. 15. & 20.

EPAMINONDAS. Quum coquus collegis Epaminondæ de impendiis aliquot dierum rationem redderet, non alia de re indignabatur, quam tantum fuisse consumptum olei: demerantibus autem collegis, negavit se offendi sumptu, sed moleste ferre tantum olei exceptum intra corpus hominum. Sentiens, oleum esse naturam foris unguendo corpori, non intus explendo. In unicum reddit corpus firmius, & injuriæ patientius: insufam in viscera, reddit delicatius ac legnius. Plur. in apoph.

TIMOTHEUS Cononis F. omiſſis oppiparis cœnis, & epulationibus Imperatoris, assumptus è Plutone ad convivium academicum, & frugali modicaque cœna exceptus, reversus ad suos dixisse fertur: Qui cum Platone cenant, etiam postero die bene habent. Vituperavit cœnas splendidas & onerosas, quæ omne sequentis diei gaudium & hilaritatem præciderent atque præterperent.

Leo Euth. F. interrogatus, quam quis urbem incolens tutus sit: Ubi, inquit, neque plura, neque pauciora inhabitantes possideant.

ANTISTENES, quum Diogenes ab Antisthene peteret tunicam, justit, ut duplicaret pallium, sic eum tunica speciem præbaturum, admonens, oportere paucis finis esse contentum.

EPICURUS dicere solebat, ei cui pauca non sufficiunt, nihil omnino satis esse. Item, se paratum esse de fœlicitate etiam cum Jove certare, si aquam & ossiam haberet: laudavit frugalitatem his dictis: quo animo autem voluptatem laudaverit, ex aliis discet.

Idem gratias nature habendas dixit, quod ea que ad vitam hominis sublevandam spectant, parabilia fecerit: difficilia autem, non necessaria. Hinc illud Poete:

Discite quàm parvo liceat producere vitam. Idem interrogatus, quis piscis, aut quæ avis esset ad vescendum suavissima? πικραιμας, inquit, ταύτα σπυδόν: id est, ista curare desit.

APOLLONIUS, frugalitatem non ideò commendari hominibus dixit, quod tanti res viles ac minime sumptuosas faciamus: sed ut hoc pacto animi magnitudinem augeamus.

ALCAMENES Telecri F. objurgatus à quodam, quod parce nimium ac tam frugaliter viveret, cum tamen amplissimas possideret divitias: Decet, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine vivere.

Idem, percontantibus, quamobrem statuisset, ut ad ædium culmen imponendum fabri securi uterentur, ad fores verò addendas sola terra, nec ullo alio instrumento? Ut, inquit, cives mediocritatem fervent in omnibus, quæ in ades inferunt; neque quidquam habeant earum rerum, quæ apud alios sunt admirationi. Videbatur enim indecorum, si per ostium rude ac civile, supellex inferretur exotica, pretio cata, arte operosa; id ne fieret, ipse quodammodo fores admonebat. Hinc ajunt accidisse, quod Leorychidas primus apud Lacones rex, cum cœnaret apud quendam, cerneretque tectum domus sumptuosè apparatu factum, ac lacunaribus ornatum, rogabat hospitem num ligna apud eos quadrata nascerentur; adeò luxum esse putabat, naturam artificio corrumpere.

THASIORUM gens, ut copia rerum abundabat, præcipuè vini præstantia nobilis, ita deliciis erat addictior. Per horum agros cum exercitu proficicenti Agefilao, Thasii honoris gratia miserunt farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis alia maximi pretii, tum ecculentia. At ille præter farinas nihil accepit: reliqua domum referri justit ab his qui attulerunt, tanquam sibi fuisse profus inutilia. Ceterum cum illi precibus & obsecrationibus urgeret omnino, ut acciperet Xenia, justit ea inter Helotas distribu: id erat apud Lacedæmonios mancipiorum genus. Ejus quæ causam scificiantibus, respondit: Non decere, qui virtutis ac fortitudinis

A studio tenerentur, id genus delicias curcellasque recipere, propterea quod istiusmodi odres, quibus inhaerentur ingenio servili nati, oporteret a liberis procul abesse, graviter taxans Thasiorum mores, qui dum voluptatibus fervirent, nec ingeniosos se praestarent, nec liberos: & sapienter ostendens, nihil esse servilius abjectiusque, quam voluptatibus obnoxium vivere. Plutarchus in Apoph.

Idem, cum audiret quemdam admirari, cur rex cum ceteris Lacedaemoniis tam frugali cibo & vestitu uteretur: Opumam messim medius, inquit, libertatem. Idem in Lacon. Apoph.

Auson. Epig. 9. *Fama est stultilibus canasse Asatiboclea regem, Atque abacum Samio sepe onerasse luto, Ferula gemmatis cum poneret horrida vasis, Et miseret spes pauperiemque simul.*

*Querenti causam respondit: Rex ego qui sum Sicania, figulo sum genitore Jatus. Fortunam reverenter habe, quicumque repente Dives ab exiliis progredere loco.*

LYSANDRO in Joviam proficentibus, hospites quos habebat B in Jonia, cum aliis multis, etiam bovem & placentam dono miserunt. Qui placentam contemplatus, rogabat, quidnam illud cupediarum esset? Cui cum is qui attulerat, responderet, ex melle, caseo aliique quibusdam confectam esse: Sed hoc, inquit, Lysander, dandum est tuis qui noverunt; non enim hic est liberi, & ingenui hominis cibus.

PAUSANIAS quum Medos viceret, iussit Persicam cenam preparatam sibi apponi: in qua quidem quum magnus inest sumptus: Per deos, inquit, Lurco Perla erat, qui cum tot haberet, ad nostram venerit polentam.

Juvenalis 14. *Vivite contenti casulis, & collibus istis, Operi, Marus dicebat, & Hermicus olim Vestitusque venex, Panem quaramus aratro Qui satis est mensis.*

*Perantur nonnulla ex loco de Liberalitate, ubi agitur de Liberalitate, sive Moderatione pecuniarum, quatenus non mittit, vel fruatur, sub finem Tit. S. Parcitas, Frugalitas, &c.*

FRUGALITAS ET SOBRIETAS IN CIBO POTUQUE.

Unus frugalis alimentorum.

*Non hic abstinentiam a cibo consideramus, sed usum cibi frugalem & moderatum, quem proprie jejuniis nemo appellaverit, nisi respectu belluorum, moderationem hanc jejuniis esse contentat. Eam autem frugalitatem hic intelligimus, quae praesentibus alimentis contenta, lautiora non expetit, antiquorum mores imitata, qui cum frugibus solis vescerentur & delectarentur, virtuti huic nomen frugalitatis imposuisse videntur, quam a parcendo alii Parsimoniam dixerunt. Nos frugalitatem ad alimenta, Parsimoniam ad sumptum referimus: & porro his nominibus sic utemur, ut altera huius loci, altera Liberalitatis propria sit. Ex Tit. Temperantiae in genere, quaedam exempla hic referri possunt, quatenus generis ambita species quoque comprehenduntur.*

PERSONAE QUI CIRCA ALIMENTA FRUGALES FUERINT.

Nempe POPULI.

Ante fruges cognitae, Gentibus plurimis glandes fuerunt frumenti loco. Sicut pira Argaeis & Thyriis, ficus Atheniensibus: quibus Ceres adeo abundans, ut illis emittantur pecora. Milium Mæoticis, Medis amygdala, Ichthyophagus pisces, Aethiopiis locustae & arundinum fructus, Getulis ferina caro, & pabulum pro pulmentario, Chelionophagus testudines, cardamum Perlis, palmulae Carmanis & Babylonis, Aegyptiis lotus. Alex. lib. 3. c. 11.

Arabes frugi in convicta homines, nulla cibi intemperie vires alunt: temperantia valetudinem tenent, multaque exercitatio ad inventum robur habiles artus confirmant. Iov.

Periarum pueri ad magistrum euntes, adferunt domo panes quidem in cibos, nasciturum verò pro oblatione: itemque fictile poculum, ut si quis sitiat, & sumine possit haurire. Quod si quis eos vel edere injucundè, vel injucundè bibere putat, is recorderetur, quam dulce sit & curienti, maza vel pane velci, quamque fictentis suave, & aquam haurire. Ephebi eodem victus uteruntur, licet paulo copiosiore. Præterea si quid venatu cepert, in oblationem adhibent. Xenoph. lib. 1. Pedia.

PHYLAEGUS narrat, liberos omnes aquam bibere, quam vis omnium hominum sunt dulcissimi; atque semel quotidie comede-

re ob parsimoniam, vestibus verò magnificentissimis indui. E. Athen. lib. 2. c. 2.

Iberorum mulieres laboriosissimam vitam agentes, in primis temperantia excellent aliaque. Nam certe mentiora habent zonam, quam si venter aliquis cingi nequeat, turpe apud omnes videtur. Ex Nicolaus de Moribus gentium, recitat Stobaeus, form. 3.

Samanci populi (ut auctor est Bardesanes Babylonius historicus) tante sunt contentia, ut cum cibis velis exquisitissimis possint, arborum tamen pomis juxta Gangem fluvium tantum utantur. Idem de Brachmanibus testatur.

Esti, Judaeorum gens, vino, carnis, & uxoris semper abstinentur. Ioseph. lib. 2. belli Iuda. Philo Iudeus, Plin.

Gymnosophistae pomis solum, oriza & farina aluntur. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17.

Athenienses, ubi in Prytaneo Castori & Polluci prandium parant, caseum, phystam maza genus, olivas maturas, & porros in mensis apponunt, victus antiqui memoriam revocantes. Solon placentam, comedentibus in Prytaneo, dari iussit, atque per festos dies panem his apponi, quippe quod Homerum imitaretur. Is enim ubi optimates ad Agamemnonem congregerat: Mitebatur autem farina, inquit. Athen. lib. 4. cap. 3.

DICÆARCHUS Messenius, qui fuit discipulus Aristotelis, in libro de Alcæo, antiquos parvis poculis ulis fuisse scribit, aquosumque bibisse. Vide Athen. lib. 11. c. 1.

Author ex Possidonio Athenus est, Italos veteres ita frugalitate insignes fuisse, ut ad Possidonium tempora aquam ferè biberent: ac quicquid objiceretur, efferant: septuaginta filium interrogare patens, Apios in cœna cuperet, an nuce? ne pluribus velentes, quieri se traderet. Adde, quod Arcestratus opophagorum Hesiodus, Theognivus, lupum laudans Miletium, quem *δωρῶδα* vocant, non admittendum ad id genus oboloni Italos monet, quoniam in condiendis piscibus inficit præcipue habeantur. Calvus lib. 7. cap. 9. Antiq. Lect.

Romani veteres in agris hortos suos habebant. Ex hortis vivebant, damnes plumentaria, qua alio egerent pulmentatio. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcentia ligno; unde & Actaria dicta. Plin. lib. 19. c. 4. Prandio tantum panem adhibebant, carnes verò cœnae non elixas, sed assas, & veru decoctas, aut fritas: licet postmodum in summam luxuriam prolapsi sint. Alex. lib. 5. c. 21.

Apud eosdem, carnis arida, aut lardi pondus tria, salamentorum libram quotidianis ferculis apponere criminiosum erat. Si quis verò ultra appeteret, lege plectebatur. De istis Iuvenalis scribit:

*Sicci terga suis vara pendente crate, Moris erat quondam sefiss servare diebus, Et natalitium cognati ponere lardum, Accedente nova, si quam dabant hostia, carne. Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atque Castrorum imperiis & dillatoris honore Functus ad has epulas solito matris iibat, Erellum domito referens a monte ligenem.*

In secundis mensibus poma & mel, sicut ad principia convivii multiformes nuce dare affuerant. Item semen candidi papaveris cum melle & lactuca. Alex. lib. 3. c. 21.

Mamaluchis Aegypto imperantibus, in universum plebeji pariter ac divites, vertecina carne atque orizae pultritiis famem explebant, nec que altorum gentium luxuria inventi, exquisitas dapes, vel gula irritamenta noverant; gallinae tamen generis puellos nobilium admitebant mensae, a quod eorum magna esset copia Aegyptiis, apud quos Gallinae sua ova non incubant, sed ea in cubanis, tempore sensim adhibito, ita foventur, ut mirabili arte compediogque, pulli intra paucos dies progignantur simul & educuntur. Sabel. Supplem. lib. 8. ex Iovio.

Incredibile dictu est, quam tenui victu & vires & valetudinem Numidae teneant. Nam sicu sicca, dactylis, pulicula, atque acido lacte convivia finiunt. Tum verò epulantur, cum è venatione falconumque accipiis, quibus maxime gaudent, prædam retulerint. Iovius lib. 33. Hist.

Scoti veteres senu fucebant jentaculum in cenam usque, nec cibus pleno ventre gravatus animas, ad munia sua obeunda erat ineptus. Cœna utebantur largiore, ut tamen ubi non excederet ferculum. Si quando omnibus exhilarare libebat, potus genus, quam Aquam vivam vocant, non ex aromatibus aromaticis, sed patris herbis, thymo, menta, aniso, similibusque odoratis, per distillationem, ut nunc quoque fit, conficiebant.

Uul.

A Vulgaris alioqui illis quoque potus in usu quotidiano fuit, quam Cereviliam appellamus. Sed in castris potum lactices prebebant. Panem sibi quique, tanta accepta in diem farina, quanta uni satis erat, eaque aqua mixta subactaque, atque in massam compacta, subiectis carbonibus faciebant. Carnium illic rarus ulus, nisi quae ex præda accepissent; caesque semicrudas delectabant, succi ita optimi plurimum inesse asserentes.

Piscium verò ad solem ficcatiorum crebrior, atque adeo solus usus, sipecora nulla hostibus præbuisse ager. Semper autem massam quandam ex farina, butyro, caseo, lacte, atque aceto temperatam, contra extremam famem domo asportabant: multos nonnunquam dies, ubi extrema comestus inopia premebat, ejus suctu appetitum lactando vitam sustentaturi.

Heitor Boeth. in Scotia.

Scethlandicarum insularum ultra Orcades incolae, pisces arefactos ac sole induratos pistillo contundunt, mox admista aqua in pastillos componunt, atque ad focum torrent, qui illis panis est. Ignem quoque ex ossibus piscium aridorum contruunt. Vivunt tamen, quam quibus voluptates omnes affluunt, felicitas, forteque sua magis contenti. Nulla apud eos omnibus contentiones, nulla diffidia aut iræ, quique in hyemem sibi ac suis prospicit, idque piscatu: Ambitiones & bella proci illud exulant. Idem.

REGES, DUCES.

Aegyptiorum reges cibo vescabantur simplici, ut quorum mensa nihil præter vitulum & anserem interretur. Vini potanda certa statuta erat mensura, qua neque farciri venter, neque inebriari possent. Denique ipsorum vita ea tenebatur modesta, ut non a legislatore, sed a peritissimo medico ad servandum sanitate composita videretur. Diad. lib. 1. cap. 6.

CYRUS Major, quum ab hospite quaerere ex eo, Quid ad convivium parari juberet, panem, inquit, solum sperare enim cenaturum se apud flumen. Cal. lib. 9. cap. 13. Antiq. Lect. ex Xenoph.

AGESILAUS Spartanorum rex, quicquid vel insipidi apponebatur, bibebat & comedeat. Xenophon, & Probus.

ALEXANDER Magnus fuit cibi temperantissimus. Quod ex epistola, quam dedit ad Adam, quam Cariae reginam designaverat, potuit intelligi. Miserat illa ad regem cum oblatione quaedam, tum optimos coquos, quorum ministerio Citeretur. Quibus repudiatis, meliores se habere esse professus, quos a pueris Leonidas pædagogus sibi comparasset, ut ad prandium antelucano itinere uteretur; *υπερταρα, υπερταρα* verò, hoc est, moderatiorie prandio, ad cenam. Sabel. lib. 4. Em. 4. ex Plut.

DEMADES prædenti aliquando assistens Phocioni, miratusque mensam ejus auterant & frugalem: Demitor, inquit, te Phocion, qui ista prandere potes, Remp. tractare. Quippe concionator ille erat in ventrem fiam, ac civitatem Atheniensem exiguum ducens gulae subsidium, quæ Macedonia frumentabatur. Plut. de Cupiditate divitiarum.

HANNIBAL lugere de nocte solitus, ante noctem non requiebat: crepusculo demum ad cenam vocabat: neque amplius quam duobus lectis discumbebat apud eum. Frontin. lib. 4. c. 3. Tradunt quidam, eum nec primum cum bellum in Italia gessit, nec postquam in Africam rediit, aut cubantem cenasse, aut postquam sextario vini indidisset. Auctor ejus vita.

C. FABRICIUS LUCIUS Imp. post pacem cum Sarmatibus factam, cum grandem pecuniam sibi offerri videret ad splendorem domus victuque necessariam, plenas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nates, ad os & gulam, deinde porrò ad ventrem inum deduxisse, & legatis aurum offerentibus ita respondisse fertur: Dum illis omnibus membris, que attingunt, obfistere & imperare posset, nunquam quicquam desaturum: neque fe pecuniam eam, que sibi ului non esset, ab iis accipere, qui ea maxime opus haberent. Julius Hyginus lib. 6. de vita illustrium Virorum. Gel. lib. 1. cap. 14. & lib. 4. cap. 8. & lib. 2. c. 8. Plut. in vita Pyrrhi. Val. Max. lib. 4. c. 3. Front. lib. 4. cap. 3. De eodem, & aliis nonnullis Claudian.

Contentus honesto Fabricius parvo, spernebat muneræ Regum, Suda batque gravi Consul Serranus aratro, Et casapugnaes Curvis angusta tenebat. Hac mihi pauperis angustior, hac mihi teila Culmibus majora tuis: tibi quart inanes Luxuries nocivæ cibos, mihi donat inemptas Terra dapes; vapini Tyrios tibi vellera succos, Et picevratæ satrantur murice vestes.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. 111.

Hic radiant flores, micat & prævata voluptas Ingenio variata suo: fulgentibus illic Surgunt strata thoris, hic molis panditur herba, Sollicitum curis non abruptura soporem.

Turba salutantum latas tibi perstrepsit ades: Hic avium cantus, labentis murmura rovi: Vivitur exigu melius, &c.

T. SEMPRONIUS GRACCHUS Rom. Col. cibario pane vilique mensa utebatur, ac cum operatis sepe vescabatur: in exercitu aquam potare solebat, per adores æstivos aliquantulo permixtam aceto. Volat. Antrop. lib. 14. c. 2.

P. SCIPIO ÆMYLIANUS, si quando cum amicis in itinere ambularet, pane tantum vescabatur, cum cæteri lautissime epularentur. Front. lib. 4. c. 3.

M. CATO superior, cum Celtiberos Hispaniæ populos secundis aliquot præliis fregisset, & totam jam provinciam obtineret: semper frugaliter vixit, contentus vino ciboque, quo nauta utebantur. Valerius Max. lib. 4. c. 3. Front. lib. 4. c. 3. Plut. lib. 14. c. 3. Gel. lib. 13. cap. 18. Idem non amplius sibi & suis tritici ternis medimis Atticis mense accepit, hordei junctis sequimedo minus. Adhuc adolescens, cum stipendia faceret in castris, semper aqua usus est. Ad sedandam sitim majorem, aceti haustu utebatur: interdum vegetandi corporis gratia, nonnihil vini delibate confueverat. Domi, hyeme, sola tunica demptis manicis induebatur: æstate penè nudus, labore cum servis certabat, cum illud federe solitus, eodem pane eodemque cibo velci. Plut. in vita.

C. JULIUS CÆSAR domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter ad se verèque rexit, ut pistorem, alium, quam sibi, panem convivis subjecerunt, quomedium vinxerit. Eundem vini parcissimum, ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est: Unum ex omnibus Cæsarum ad evitendam Remp. sobriam accessisse. Suet.

AUGUSTUS CÆSAR cibi minimi erat atque vulgaris fere. Secundarium panem, & pisciculos minatos, & caseum bubulinum manu pressum, & ficos virides biferas maxime appetebat vescabaturque, & ante cenam quocumque tempore & loco, quo stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt: Nos in esendo panem & palmulas gustavimus. Et iterum: Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duraciæ comedi. Et rursum: Ne Judæus quidem, mi Tiberti, tam diligenter fabatis jejuniis servat, quam ego hodie servavi: qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccas manducavi prius, quam ungi inciperent. Ex hac observantia nonnunquam vel ante initum, vel post dimissum convivium, solus cenabat, cum pleno convivio nihil tangeret. Vini natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solum super cenam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepostradit. Postea quoties largissime in invitaret, senos sextantes non excedit: aut si excedisset, rejiciebat. Et maxime delectatus est Rhetorico, neque temerè interdum bibit. Pro portione sumebat persuiam aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactuca thyrium, aut recens acidum vepomum succi vinosioris. Suet.

TITI Vespasiani filii convivii, non profusus, sed jucunditatis plena semper fuit. Pompon. cap. 1. de Continentia.

TRAJANUS Imperator, cum omnem continere luxum, ipse quoque in velcendo frugalissimus fuit. Alexand. lib. 5. cap. 21.

PHRAOTEM Indorum regem de victus ratione interrogavit Apollonius. At is, Ego (inquit) vini tantum haurio, quantum soli prolibo: captis in venatione velcuntur ceteri, mihi exerceri satis est: alimenta mihi sunt ex oleis, & palmarum cerebro, ac fructibus. Philostratus lib. 2. Quæ Suida inscite admodum ad Porum retulit. Calvus in Antiq. Lect.

CARACALLA Imper. tenui mensa, ac perexiguo cibo militari vixit, elegantiora omnia aspernatus, gregario militi perquam similis. Ob hæc velut homo militaris laboriosus ab exercitu dilectus est. Cusp. A. D.

FL. CLAUDIUS Imperator, qui Galieno successit, adeo moderatus in cibo ac potu fuit, ut omnibus esset admirationis. Idem.

TACITUS Imperat. lactucas plurimum esitabat, identidem prædicans, se somnum lactucarum ulu mercari. Sabel. lib. 7. Em. 7.

CAROLUS MAGNUS cibi potuque parcissimus erat: in potum tamen temperantior, ut qui ebrietatem in quolibet, infime etiam conditionis homine, nedum suis, abhorreter: cœna quoque

A tidiana quaternis dumtaxat ferulis, prater affam, qua inaxime delectabatur, & quam venatores verubus inferre solebant, constabat. In cena non amplius ter ferē, neque temerē interdū bibit. Estate pro portione fenebatur aliquid pomorum. *Cramz. lib. 2. c. 8. Sax. & Aven. lib. 4. Annal. Rejor. A. D.*

MAXIMILIANUS I. Imp. inter prandia raro bibebat, in mensa ut plurimum ter: atque idē valeto illi uique ad periodum vitæ prospera semper fuit. *Cisp. A. D.*

ATFONSUS Aragonum & Sicilia rex, cum interrogaretur, Cur vini expertis viveret, aut vino diluissimo contentus situm explect contra omniū regam & aulicorum morem: respondit: Vino sapientiam obcurari: ideoque non deere regem, ut hoc immodica comporatione in animo extinguat, sine quo Imperatoris ac regis nomen ritē tueri non possit. Interrogatus, Quid sibi veller, quod vinum aqua dilueret? Ne ebrius fiam, respondit; non enim ignoro, quantum vini intemperantia Alexandri Macedonum regis gloria obfuerit. Ab amico percontatus. Cur adeo ebrietatis vitium damnaret? Ideo, inquit, quia forem & libidinem ebrietatis filios esse haud ignoro. *Pan. l. 2. de gestis Alfonso.*

FERDINANDUS Catholicus, Hispania rex, summa fuit in cibo temperantia, & in potu sobrietate: quippe qui non multis epulis utebatur, & bis tantum prandens, biq̄ue cenans potare consueverat. *Marinus lib. 31. rer. Hisp.*

SELYMUS Turcicus Imp. tanta in victu modestia utebatur, ut non nisi ex uno ferculo comederet, quod plerumque potius à feris venatione captis, aut equimodi vilioribus carnibus, quam à volatilibus sibi eligebat, quemadmodum & privati milites efficere consueverant. Id quod in causa erat, ut etiam inter tot labores, quos in remotissimis regionibus sub vario subinde cœlo sustinebat, prospera semper valetudine uteretur. *Iov. in vita Selym.*

Apud Magnum Sforciam mensuram honos non delicatis & exquisitis dapibus, sed hilari simplicitate, perenni copia, comitateque, & frequentia convivarum cenabatur. *Iov. in vita Magni Sforcie.*

EMMANUEL I. Lusitania rex, erat quidem cultu vitæ lautissimus, mentaque illius conquiritissimis epulis extracta, verum admodum temperatē cibis utebatur. A vino semper abstinit, & diebus solemnibus jejuniū consecratis, ciborum abstinentiam summa religione servavit. *Orat. l. 12. rer. Etm.*

PROPHETA APOSTOLI. ELIAS nihil aliud petiit à victu Sareptana, quam paulum aquæ, & buccellam panis. 3. Reg. 18. Eundem paverunt corvi carnibus bis in die. Sed Angelus Domini ostendit ei panem, & vas aquæ semel tantum. 3. Reg. 17. & 18.

HELIAS Propheta viginti panibus hordeaceis, centum pavit homines, ut eo miraculo invitaret omnes ad frugalitatem victus. 4. Reg. 4.

CHRISTI præcursor Joannes Baptista, Spiritu sancto repletus antè quam natus, locutis in deserto & sylvæ melle pascebat. Ob quam victus aulicorum, à Pharisæis demonium habere dicebatur: à Domino neque comedens neque bibens appellatur: non quod nihil omnino sumeret, sed quod iis dumtaxat sustentaretur, quæ alii ut insipida vilique despiciebant. *Matth. lib. 4. c. 4.*

APOSTOLI piscas legentem manibus conficant, & hoc tam simplici cibo etiam, quomodo possunt, levant. Cumque numero sit essent, nihil aliud, quam quinque panes hordeaceos, quosque pisces habuerunt in deserto, quando Dominus turbam quinquæ millium pavit. Iterum nihil omnino præterquam septem panes & pauculos pisciculos, habebat, quando quatuor milia virorum satia sunt. Iterum transierant oblitū sūt panes ferre: tūque adeo cibariorum curam non habebant, dum ejus, quæ relicta omnibus secuti fuerant, dulcedine satiabantur: & tamen quod non jejunarent, adhuc excusabantur, quia sponus cum eis erat. Quando ergo continentius atque tenuius victu melle cenabimus, postquam ablato sponso, hoc est, crucis Domino, nuptiarum gaudium verum esse in persecutionis lectum, & jam terrena omnia minus placere cœperunt desiderantibus cœlestia? *Idem.*

PETRO Apostolorum principi post Ascensionem Domini, panis cum olivis, raro cum olivis, cibis fuit: ut moderatē victus ex eum plurim foret iis, quibus abstinentia præcepta dabat, jam peccator hominum factus, qui fuerat piscium. *Idem.*

E P I S C O P I.

GREGORIUS Lingonenfis Episcopus panes hordeaceos triticea crusta oblitus estabat: in aquæ poculum tantillum vini addere solitus, ut aqua suum saporem lervaret, colore mutato. *Marinus lib. 4. c. 2.*

Ortho Bambergensium Episcopus, nunquam ad satietatem E comedit in Episcopatu panem. Cum aliquando ejus procurator lucium piscem appouisset, emptum duobus solidis, dixisse fertur: Abist, ut miser Ortho solus tot denarios hodie abluat. Defer igitur ad quemdam ægrotum. Ego enim, adhuc firmo corpore me hoc pane postum reficere. *Altor vita lib. 2. c. 22.*

D. Nazianzus, de Basilio Magno: Non viximus laudat, vitamque supellectilis expertem, & supervacaneis rebus vacuam? Illi verò quid unquam fuit præter corpus, ac necessaria carnis integumenta? Divitiæ autem illi erant nihil habere, & crux, cum qua sola ipsius vita versabatur, & quam majori in pretio habebat, quam ingentes pecuniæ acervos. Neque enim quemquam, etiam si maximè cupiat, omnia adipisci posse: at omnia contemnere posse, sicque omnibus rebus præstantiorē sublimioremque se præbere. Hac porò mente præditus, atque ita comparatus, at quidem opus non habuit, nec inani gloria, nec publico illo præconio, Crates Craterem Thebanum libertate donat: Non enim optimus videri, sed esse studebat. Nec verò in dolio, atque in medio foro habitabat, ut apud omnes luxum ac delicias sibi compararet, inopiam in rerum copiam novo modo convertentes verum pauper erant, ab omni gloria cupiditate alienus, atque omnibus facultatibus, quas unquam habuerat, æquo animo projectis, leviter facileque vitæ pelagus transimitebat. Admiranda res est continentia, & parvo contentum vivere, nec à voluptatibus superari, nec à ventre, tantum à servo & fordido domino superari. Quis unquam tanta mediâ fuit, penè etiam dixerim, quis tam carnis expertus? Nam voracitates & satietates ad, eorumque servilis atque in terram prona vita est. Ipse autem nihil eorum, que post gaurt pari deinceps honore sunt, magnum esse cenabat: verum necessarios tantum cibis, quamdiu licebat, vitam tolerabat, acque hunc solum luxum norat, nempe à luxu abstinere, eo eam causam pluribus rebus indigere: sed lilia & aves (quibus simplex atque artificii expertis pulchritudo est, & victus facilis atque ex tempore questus) ob oculos habere, quemadmodum Christus meus monet, qui carnis paupertatem nostra causa subit, ut nos ipsius Divinitate locupletemur. Hinc illi canica una, & pallium unum, & stratus humi lectulus, & illicius, & vigilia (qui ejus decora & ornamenta) & suavissima cœna & obolium, panis & salivum, inquam, nihil condimentum, & G potio sobria & uberissima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt. *Orat. 20.*

D. Nazianzenus carmine 1. de rebus suis. Non me uxor, non me pellexit, ferica vestis; Nec vero imperis convivia sacra superbis Suscepit, variisque cibis differa, voraci Indulgens ventri: quibus exitiosa libido Gignitur, & sadi veneris nascuntur amores: Nec magna habitata domos, & splendida tella, Nec jucunda meam demulsi musica mentem, Nec mea summeo maduerunt membra liquore. Quin aliis etiam numeros auri que reliquis Pondera, queis dulces est animos consumere curis, Immensis fixos opibus: brevis atque voluptas Aerumnas multas comites habet. At mihi cordis Est panis rigidus, mihi grata obsonia præbet Sal purum, simplex nulloque instructa labore Mensa, dein latice mihi sobria pocula fundunt. Ha mihi divitiae summe. Christique salutis Auctor, qui nostras vobis ad sublimia mentes Sidera, frugifera non pinguis jungere terre, Non nemis umbriferum, non grex pinguedine curvus, Non tardorum armenta bonum, non magna catervis Servorum mihi congenerum, quos præca tyrannis Defecit, nomenque duplex insanda creavit, Ingenios servoque, pari tellure profectos, Aut equi signenta Dei, sed iniqua secuta Lex hominum juris fregit decret a supremi. Nec vero laudes hominum famamque caducam, Qua levibus ventis citius dilabatur, unquam Appetit, nec casarea sublimis in aula Insigni florere gradum, ludæque forensi Splendidas in solio residere, & corpore majus Ferre supercilium, ac latas poltere per urbes Imperio, & reliquos præcellere robore civos, Somnia vana sequens (que nunquam firma subinde Nunc hos, nunc alios ademit, pariterque recedunt) Finissima vel manibus præterlabentia carpens, Aut umbram tanquam solidam arripientis, digitosque

MONACHI, SACERDOTES, EREMITÆ. SANGTUS Presbyter quanto labore in eremo carnis tentationibus repugnatis, recenlet D. Hieronymus, ad Eustochium virginem scribens: De cibis & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur, & coactum aliquid accepisse luxuria sit. *Marinus lib. 4. c. 2. & Sabell. lib. 2. c. 2.*

D. Hieron. Pauli Thebani, primi Eremitæ, vitam describens, festum & Angelos ejus testatur, in ea Eremiti parte, quæ juxta Syriam Saracenis jungitur, vidisse se Monachos, quorum unus per annos 20. clausus, hordeaceo panem & luteola aqua vixit: alter in cilicera veteri, cum gentili sermone Syri cubam vocant, quinque caricis sustentabatur. Paulus (ut idem refert) à sexdecimo ætatis suæ anno usque ad sexagesimum, palmæ fructibus vixit, ejusdemque foliis reclusus fuit. Deinde usque ad 113. quod vixit reclusus ad cœlum migravit, dimidiati panis fragmentum quotiæ corvo alite deserente acceptavit. In adventu Anonii intere allatus est, Deo donante, quantum utriusque fatis esset. Qui eam comessissent, ad fontem accedentes, prono ore manibus concavis aquam hauriendo, sitim expleverunt.

HILARIONEM Abbatem D. Hieron. tradit à quindodecimo usque ad vigesimum ætatis annum, quindecim caricas post Solis occasum comedisse. Triennio deinde dimidium lentis aqua macerata sextarium: ac deinde totidem anni panem cum fale & aqua: & totidem aliis virgultorum radices, herbaque sylvæstres crudas. Deinde anni novem hordeacei panis uncias sex, & coctum modicè olis abique oleo. Postea debilitate corporis compulsum, olei parum addidisse, usque ad tertium & sexagesimum vitæ annum. Inde usque ad xxx. pane abstinuisse, sed forbitunculis utam farina & olei comminuto factis, potu ciboque vix uncias sex appendidisse. Cateram nunquam ante Solis occasum quicquam gustasse, & neque diebus festis, neque in gravissima febre solvisse jejunium. *Marinus lib. 4. c. 2.*

ANTONIUM in Ægypto, Serapionem in Arlenoite regione, Stephanum Abbatem in monte Moreto, pane tantum & aqua sustentatos fuisse legitimus. Sed Antonium, cum jam infirmior atque pristinae austeritati par esse non posset, olivula & arborum fructus cum pane comedisse. *Idem.*

TIMOTHÆUS anchorata in deserto Ægypti penitentiam agens, palmæ fructibus, & aqua de fonte hausta sustentatus est. *Idem.*

DOROTHEO Abbati in Ægypto uncia panis, & olivulorum fasciculus, & aquæ congius refectio erat. *Idem, & Volaterranus lib. 21.*

HOSPITIUS ille, qui Longobardorum in Italiam adventum longè antè prædixit, pane & pomis vivebatur. Quadragesimæ verò jejuniâ, herbarum tantum radicumque refectioe transigebat, semper abstemius. *Idem.*

ROMEALDUS Abbas, Ordinis Camaldulensis institutor, dum in eremo vitam ageret, panem & fabam aqua maceratam comedit. *Idem.*

MAXENTIUS Picaviensis Abbas, pane hordeaceo & aqua victuavit. Arido in loco cum monachi sibi laborarent, terram, virga percussis, fomentum scaturire fecit: ut scias elementa ei servire, qui gula & ventri dominatur. *Idem.*

POSTHUMIO Ægyptio Abbati panis tantum & aqua victus erat, utramque appendere solitus, ne edendi aviditate plus hauriret, quam quod sustentando corpori sufficere posset. Antelac verò, dum solitarii viveret, crudæ herbæ illi cibum, fontes potum suppeditabant. *Idem.*

HOR ABBA, quamdiu solitudinem incoluit, herbis, radicibus & aqua sustentatus est: pane abstinuit, donec monasterio præpositus, communi cum aliis cibo uti cepit, ut ipso lucrificeret, & quadam vitæ æqualitate contineret. *Idem.*

OSIURUS Abbas, cum sede incerta per solitudinem va-

In nebulam stultè mittens, nil præter inanem Vmbra complecti manibus nubemque fugacem. Tale etenim genus est hominum, talis quoque mundi Prosperitas, curvæ referens vesigia puppi, Ante impressa quidem, verum delecta retrorsum. Sola meum ardens pectus stimulat amor. Doctrina, Argelica quam gloria gentis Athene Quæsiere mihi, solique occasus & ortus: In qua multum operæ posui, divosque labores Tempore non parvo subii, sed & hanc quoque Christi, Ante pedes humilem pronamque jacere coegi, Divino verbo cedentem, quod sinosa Et varia humana mentis tegit omnia verba.

MONACHI, SACERDOTES, EREMITÆ. SANGTUS Presbyter quanto labore in eremo carnis tentationibus repugnatis, recenlet D. Hieronymus, ad Eustochium virginem scribens: De cibis & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur, & coactum aliquid accepisse luxuria sit. *Marinus lib. 4. c. 2. & Sabell. lib. 2. c. 2.*

D. Hieron. Pauli Thebani, primi Eremitæ, vitam describens, festum & Angelos ejus testatur, in ea Eremiti parte, quæ juxta Syriam Saracenis jungitur, vidisse se Monachos, quorum unus per annos 20. clausus, hordeaceo panem & luteola aqua vixit: alter in cilicera veteri, cum gentili sermone Syri cubam vocant, quinque caricis sustentabatur. Paulus (ut idem refert) à sexdecimo ætatis suæ anno usque ad sexagesimum, palmæ fructibus vixit, ejusdemque foliis reclusus fuit. Deinde usque ad 113. quod vixit reclusus ad cœlum migravit, dimidiati panis fragmentum quotiæ corvo alite deserente acceptavit. In adventu Anonii intere allatus est, Deo donante, quantum utriusque fatis esset. Qui eam comessissent, ad fontem accedentes, prono ore manibus concavis aquam hauriendo, sitim expleverunt.

HILARIONEM Abbatem D. Hieron. tradit à quindodecimo usque ad vigesimum ætatis annum, quindecim caricas post Solis occasum comedisse. Triennio deinde dimidium lentis aqua macerata sextarium: ac deinde totidem anni panem cum fale & aqua: & totidem aliis virgultorum radices, herbaque sylvæstres crudas. Deinde anni novem hordeacei panis uncias sex, & coctum modicè olis abique oleo. Postea debilitate corporis compulsum, olei parum addidisse, usque ad tertium & sexagesimum vitæ annum. Inde usque ad xxx. pane abstinuisse, sed forbitunculis utam farina & olei comminuto factis, potu ciboque vix uncias sex appendidisse. Cateram nunquam ante Solis occasum quicquam gustasse, & neque diebus festis, neque in gravissima febre solvisse jejunium. *Marinus lib. 4. c. 2.*

ANTONIUM in Ægypto, Serapionem in Arlenoite regione, Stephanum Abbatem in monte Moreto, pane tantum & aqua sustentatos fuisse legitimus. Sed Antonium, cum jam infirmior atque pristinae austeritati par esse non posset, olivula & arborum fructus cum pane comedisse. *Idem.*

TIMOTHÆUS anchorata in deserto Ægypti penitentiam agens, palmæ fructibus, & aqua de fonte hausta sustentatus est. *Idem.*

DOROTHEO Abbati in Ægypto uncia panis, & olivulorum fasciculus, & aquæ congius refectio erat. *Idem, & Volaterranus lib. 21.*

HOSPITIUS ille, qui Longobardorum in Italiam adventum longè antè prædixit, pane & pomis vivebatur. Quadragesimæ verò jejuniâ, herbarum tantum radicumque refectioe transigebat, semper abstemius. *Idem.*

ROMEALDUS Abbas, Ordinis Camaldulensis institutor, dum in eremo vitam ageret, panem & fabam aqua maceratam comedit. *Idem.*

MAXENTIUS Picaviensis Abbas, pane hordeaceo & aqua victuavit. Arido in loco cum monachi sibi laborarent, terram, virga percussis, fomentum scaturire fecit: ut scias elementa ei servire, qui gula & ventri dominatur. *Idem.*

POSTHUMIO Ægyptio Abbati panis tantum & aqua victus erat, utramque appendere solitus, ne edendi aviditate plus hauriret, quam quod sustentando corpori sufficere posset. Antelac verò, dum solitarii viveret, crudæ herbæ illi cibum, fontes potum suppeditabant. *Idem.*

HOR ABBA, quamdiu solitudinem incoluit, herbis, radicibus & aqua sustentatus est: pane abstinuit, donec monasterio præpositus, communi cum aliis cibo uti cepit, ut ipso lucrificeret, & quadam vitæ æqualitate contineret. *Idem.*

OSIURUS Abbas, cum sede incerta per solitudinem va-

garetur, diu herbis tantum & fructibus sustentatus dicitur. E Demum pane & aqua nutritus, angelo homini ministrante. *Ibid. & Sab. lib. 2. c. 2.*

S. MARTINUS in Gallinaria insula degens, radicibus herbarum & gramine victuavit. Helleborum incisus sepe comedit, omneque veneni nocumentum in nutrimentum prece converterit. *Bonfinius lib. 5. Decad. 1.*

SENNIUS monachus, Elpidii se in sepulcrum clausit, & ibidem pane & aqua contentus vixit. *Heraclides.*

SERAPION in regione Arlenoite Ægypti fuit pater decem millium monachorum, manibus victum querentium, quo pauperes juvabant: ipse sola tunica contentus, pane & aqua vivebat. *Ex historia Tripartita lib. 8.*

PAMBO Abbas, cum animam ageret, confessus est, quod ab eo die, quo solitudinem ingressus fuerat, panem non gustavit, neque quicquam, cujus ipsum pœniteret, prolocutus fuerit: & se tamen sic vite dulcedere, tantam qui modo cœpisset, non tanquam qui profecisset. *Marinus lib. 4. cap. 2.*

PHILORONIUS presbyter in Gallicia annos duodeviginti in cella clausus, pane, & cocto abstinuit: dein duobus & triginta annis nullum pomi genus gustavit: ut omni ciborum dulcedine seposita, edendi aviditatem coercere fabricus posset. *Idem.*

JOANNEM presbyterum, qui in Gallia apud Castrensem pagum martyrio coronatus est, crudis herbis & aqua frigida sustentatum ferunt. *Idem.*

COLUMBANUS in Gallia Abbas, annis sexaginta, herbis tantum ac radicibus sustentatus est. Fontem de petra Deum precatus eduxit, qui hodie quoque effluit ubertim, & terram irrigat. *Idem.*

AMANDUS Tutori ad beati Martini sepulcrum 15. annos mansit, & hoc toto tempore cibis illi panis hordeaceus, aqua potus fuit. Postea Trajectensis Episcopus factus, miraculis illustratus est, Heraclio in Oriente imperante. *Idem.*

GERMANUS ex Burgundia præfecto monachus, mox Antistodorensis Episcopus, tenuissimum victu contentus, vino abstinuit: solemnitibus tamen festis ita aqua dilato utebatur, ut vinum non speret. Antelac hordeaceo pane & leguminibus vixerat, & his non sale, sed cinere conditis, quotidianum servans jejunium. *Ibidem.*

VVAGRIUS presbyter 40. annos pane, oleo & aqua vitus est, deinde annos 16. pomis, coctoque abstinuit. Postea verò etiam G panem sibi interdixit, ac per biennium olere tantum & lentibus vixit. Duorum Macariorum discipulus fuit. *Idem.*

IPHINENSIS cœnobii Monachi modum vivendi tam sublimem assumpserunt, ut non solum carne & sanguine penitus abstinerent, sed & ovis ac lacte, tribuque hebdomadæ diebus solo pane & aqua viverent. Reliquis diebus olera cocta seu legumina sumere licitum erat. Piscibus raro, vino rarissime utebantur. Sua cuique cellula. *Gerardus à Nazareth de conversatione servorum Dei, c. 18.*

MULIERES, VIRGINES, MONACHÆ.

ASELLA virgo, pane & sale & aqua contenta fuit. Paula Romana oleum in cibo non accepit, lactinia, mel, & alia palato suavia gustare noluit, vinum ne infirma quidem. Euphrazia præter hæc, fructus quoque gustu dulces repudiavit. Maria Ægyptiaca vel crudis herbis, radicibusque, vel cibo nullo vixit. Maria Decegnesis pane reficiebatur: Inediam semel ad trigesimalium, iterum ad quinquagesimum prodiit ciem, rapta in spiritu. *Marinus lib. 4. c. 2.*

MARTHA virgo, Christi hospita, & Christi sponsa, post ejus ad cœlos ascensum, carnem nullam comedit, à lactiniis quoque & vino abhorruit, quotidianum servans jejunium: donec rursus suavissima hospitis & Domini sui præsentia satiari sibi liceret, jam nunquam ab ipso recessura. *Idem.*

MAGDALENAM sororem ejus in deserto, divinis magis, quam humanis alimentis fuisse sustentatam accepimus, dum partem illam optamam possidere nitentur, quam elegerat, & que non auferetur ab ea. *Idem.*

OTILIA virgo, leguminibus & hordeaceo pane lassum jejuniis corpus sustentabat, donec in celestibus regnis grano lilo frumenti satiata fuit, quod cadens in terra multum fructum attulit. *Idem.*

GENOVEFA Parisiensis virgo à quindodecimo anno ad quinquagesimum usque, hordeaceo tantum pane & fabis contenta, bis in hebdomadæ cibum sumebat. Quinquagenaria, Episcoporum iustu hordeaceo panis lac & piscem adjecti, ne ad

Amorem ferè concitiam festinare videretur. *Bonfinius lib. 5. Decad. 1.*

DOCTI, PHILOSOPHI, SOPHISTÆ.

EPIMENIDEM tertio Legum Plato scribit, modico & interim vilissimo cibo interdum fuisse contentum. Constat in ex aphrodisio & malva, quæ illum servabant aliamque ad ipsam, hoc est, ab fame procul & sic. *Celins lib. 7. Antiq. Lett. c. 8.*

PYTHAGORAS bibebat parum, frugalissimèque vivebat, ita ut solo melle aliquando contentus esset. *Athenus lib. 10. c. 3. vinum interdum non gustavit: ejus obsonium fuisse ferè herbarum elix & crudè: rarò marinis ulis. Soidas.*

SOCRATES, cum ab amico admoneretur, quòd excepturus hospites, tenuem admodum fecisset apparatus: Si boni sunt, inquit, satis erit: si mali, plus satis. *Laerti. lib. 2.*

ZENON, id est, Vita doli, proverbio dicitur vita frugalitas, parca, & ab omni strepitu atque ambitione remota: breviter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur, unico contentus pallio, baculo, quo canes abigeret, domicilio de palo suspensio pro domicilio libenter utens, crudis herbis & aqua simplici victitans, pane excavato pro catino, manna cava pro poculo utens, a puero sumpto exemplo, quem forte ad eum modum aquam haurientem viderat. Porro ut in dolo habitaret, inde sibi dicebat in mentem venisse, quòd cochleas contempserat, nullam aliud aquè commodum domicilium judicasset, unde properaret ad Solem, & ubi se conderet à ventis, atque aestu. *Erasmus in Adagiis.*

ARISTIPPUS Cyrenæus, Socratis auditor, tam abstinentis cibifuit, ut etiam ipsa Abstinentia vocatus sit. *Soidas apud Volat. lib. 13. c. 4. Antrop.*

EPICURUS summus voluptatis assertor, victu frugali & modesto contentus, aqua & polenta, aut pane hordeaceo victum quæsit, contraque paupertatem invictum animum gessit: non quòd voluptates averfaretur, sed quòd in tenui victu se plus voluptatis experiri volebat. Cujus rei argumentum est, quòd oleis & pomis, ac villibus cibis, quibus utendum censuit, libros referit. *Celins lib. 13. c. 25. Antiq. Lett. & Alex. lib. 3. c. 11.*

CRATES Cynicus Demetrium Phalereum, cum panium perlagenam vini mitentem, alapis cecidit, inquit: Nunquid panes ac fontes ferre licet? Non simulabat continentiam Stilpon, quippe qui alio tantum veleretur, ac in templo dormiter Matris deorum: quamvis interdiceretur ei, qui horum quidpiam comedisset, vel ingredi. Cum dea illi in formis astitisset, dixissetque illi: Cum philosophus sis, o Stilpon, leges tamen pertransisti: respondit in formis: Tu mihi dato quod comedam, nec alio amplius vescar. *Athenus lib. 10. cap. 4.*

Cum Arcefilas quibusdam convivium præbisset, defecissetque panis, cachinnans, manique concutiens: Quale, inquit, nostrum est convivium, o amici: nam oblii sumus tantum panis emisse, quantum sufficeret. *Idem lib. 10. c. 4.*

DEMOTHEUS frugalitatem Demades egregie expressit, Luciano teste. Ceteri quidem, inquit, ad aquam dicunt: *Demot. de opib. & modis vivendi. Celins lib. 5. Antiq. Lett. c. 13.*

ZENO Cynicus crudis duntaxat vescabatur, & pallium præterire ferebat. Aquam bibebat loco vini, ut discipulos suo exemplo ad temperantiam invitaret. Hinc exiti proverbium: *D Zenone temperantior. Laerti. lib. 2.*

XENOCRATES, cum missa sibi ab Alexandro talenta intellexisset, legatos ad exiguum cenam invitavit. Cumque ab his quæreretur: Cui numerari talenta vellet? Nonne, inquit, hesternam cenam intellexistis, Xenocratem hujusmodi muneribus minimè indigere?

MOSCHUS ANTIMOLOI sophista, folis caricis vesci solitus erat. *Alex. lib. 3. c. 11.*

L. ANNEUS SENECA, Cordubensis, Sotionis Stoici discipulus, & Lucani poeta patris, cibi fuit moderati, ac minimè exquisiti, potusque dilutissimi. *Hieronymus in Epistolis.* Eum scribit *Tacitus*, in summa opulenta, agrestibus pomis & aqua pura natura fatiscesse: unde & corpore ad eum modum fuit extenuato, ut aperta Neronis iustu vena, nullum sanguinem emitterent.

XENOPHON: Antipho enim, quum aliquando familiares Socratis ab eo vellet abducere, ad Socratem accedens, ipsis etiam presentibus, hac usus est oratione: Arbitraber ego, Socrates eos, qui philosophantur, feliciores fieri oportere: at tu mihi videris contraria quadam ratione fructum ex sapientia tua percipere. Sic enim vivis, quo pacto, si vel quis servus sub do-

mino videretur, non maneret. Uteris cibo potuque vilissimo, neque tantum veste vili, sed eadem quoque per ætatem & hyemem indueris, & semper calcis tunicaque caris. Præterea pecuniam non accipis, quæ & comparantibus est voluptati, & eis, qui jam comparantur, liberalius jucundiusque vivendi causam præbet. Quamobrem si, quemadmodum reliquorum studiorum magistri discipulos suos imitatores sui efficiunt, tales tu quoque familiares tuos reddes: putare debes, infelicitatis te magistrum esse. Ad ea Socrates: Suspiciam mihi videris, inquit, Antipho, tam ærumnosam me vitam degere, ut quidem perituros sim, malle te mori, quam meo more vivere.

Age igitur, dispiciamus, quid in mea vita acerbi deprehenderit. An quòd necesse sit eos, qui pecuniam accipiunt, hoc ipsum præstare, cujus causa mercedem accipiunt, quum mihi mercedem nullam accipient, necesse non sit ad eum disferere, quem nolim? An vilem victum esse meum putas, qui minus salubritatis vescar, ac tu, quæque minus roboris suppeditent? An quòd ea comparatu difficiliora putas esse, quibus ego vescor, quam quibus tu vesceris, quòd & rariora sint, & majoris pretii? An ea, quæ tu paras, tibi jucundiora esse dicam, quam tibi? Num ignoras, quòd qui suavissimè vescitur, minimè potum abentem desiderat? Vestes quidem qui commutante, frigoris eas æstusque causa commutare nolit, & calcis pedes munit, ne propter illa, quæ pedes lædunt, iter facere prohibeantur. Tu verò an unquam sensit, vel propter frigus magis quam aliquem (alium) domi manere, vel propter ætatem cum aliquo de umbra pugnare, vel propter pedum dolorem non pergere, quòd velim? An nefcis eos, qui a natura sui corporis maxime imbecillius præditi, robustissimos quoque, qui exercitationes neglexerint, ita superare, ut ea facilius ferant?

Me verò non putas corpus meum exercendo confectare, ut quæcumque temper acciderint, patienter ferat, idèque cuncta me facilius perferre, quam te, qui te non exeres? An verò causam tu aliam veriore esse putas, quòd gula, somno, læticia non fervio, quam quòd his alia quedam habeo suaviora, quæ non solum in necessitate constitutum exhilarant, verum etiam hoc ipso, quòd commodi perpetui spem faciunt? Præterea scis eos homines qui nihil prosperè sibi successurum existimant, non esse lætos: quum illi, qui præclarè sibi vel agriculturam, vel naviculariorum, vel quid aliud, quo occupati sunt, succedere putant, quasi qui rebus utantur prosperis, voluptatem capiant? Tunc verò de his omnibus tantum voluptatis percipi putas, quantum ex eo, quòd aliquis seipsum meliorem reddi putat, & amicos meliores consequi quòd eundem nunquam non de me statuo. Jam si vel amici juvandi sint, vel ipsa civitas, cuiusque omni sit uter ad ea procudanda? sine, qui ut ego victitans: an qui illo modo, quem tu prædicas? Uter facilius militiam perferat? sine, qui inquit, abique sumptuosò victu vivere, an cui satis est id, quòd adest? Uter citius expugnabit? sine, qui quòd inventu difficillimum sit, requirit: an qui eorum usum quæ facillimè obvia sunt, abundè contentus est? Videris, Antipho, felicitatem delicias ac sumptuosos apparatus metiri. Ego verò arbitror, nulla re indigere, divinum esse: quàm paucissimis, proximum Dei naturæ: ac divinum quidem quòd sit, præstantissimum esse: quòd autem divino proximum, id etiam à præstantissimo proximum est. *cap. 26. lib. 1. Memorabilium.*

GREGORIUS GEMISTO, qui defensionem Platonis edidit, semel tantum per totam diem vescabatur. *Volat. lib. 51. Antrop.*

P U E R I.

Apud Persas pueri in venatione exercabantur, tanquam in orchestra militiæ. Exercentibus autem in venationem, prandium datur largius solito: non tamen prædant, sed si quid opus fuerit, aut feræ ipsius gratia præstolati, aut aliter velint tempus terere venando, hoc prandio pro cena usi, rursum postredie venantur ad cenam usque: & hos duos dies pro uno supputant, quòd unus tantum diem cibum consumunt. Hoc autem faciunt consuetudine gratia, ut si opus fuerit, etiam in bello inedia ferre possint. *Xenophon. lib. 1. Pædie.*

A G R I.

ZENO Cithicus, medico columbinum pullum consolente, non fecit quam Manem, si ægrotaret, curari se justit. Nimirum volebat, non se mollius tractandum, quam ægrum aliquem servum. Indignum quippe, virum bonum ullo se servo molliorem præstare. *Musonius de Alimentis. Stob. ser. 15. & Laerti.*

Medicus valetudine tentato Cn. Pompejo, & cibum fastidienti,

A denti, turdo vesci imperavit. Quem cum non invenirent venalem, quòd intrepitulum esset: quidam autem subiceret, inventuros apud Lucullum, ubi per totum annum alerentur: Et nisi, inquit, luxuria diffuseret Lucullus, Pompejus non viveret? Ita salutem dicens medico, ulis est cibo parabili. *Plutarchus in Pompejo.*

FULGENTIUS Rouspensis Episcopus, ne morbo quidem affectus; carnis alicujus alimentum vel vini poculo uti voluit: veritus, ne infirmitati blandiens, semel intermissum vitæ rigorinem sanus postea repetere nollet, superata gula voluptate. *Marulus lib. 4. c. 2.*

FORMA CONVIVANDI FRUGALIS.

Quoad PERSONAS, Cum quibus.

Convivia Creres Andria, Lacedæmonii Phiditia nominant: vel quòd amicitiam & benevolentiam conciliant, *in Tit. quibus*, loco 2, & reponentes; vel quòd ad frugalitatem assuefaciant, & ad parsimoniam, à dictione *quoad* deducentes. Potum etiam prima litera aliunde adjecta fuisse, ut nonnulli volunt, ac dicta Editia, ab edendo & victu: & à convictu *convicta*. Cretenium imitatione à Lycurgo videntur instituta. Cæterum quum denum erant, aut aliquando his pauciorum vel plurium. Singuli victores farinæ medimnos mense, vini congiog octonos, casei quinas libras, secum binas libras & scribas: præterea ad esclentia parum ad modum pecuniæ conferrebat. Ad hæc qui facillime, primitias, vel qui venatus erat, mittebat portionem ad convivium; nam ei, qui sacrificasset, vel venatus esset, liberum erat domi cenare reliquos oportere adesse. Neque verò sumpta domi cena licebat expletis aliis dapibus aut potu, ad convivia commeare. Insectabantur cæteri cum, qui cum ipvis non biberet, vel veleretur, ut interperantem, & ad conviviæ elanguentem promiscuum. Multabatur etiam, si quibus convictus esset. Hunc conviviorum morem retinuerunt accuratè. Ac cum bello, quo Athenienses devicerat, rex revertis Agis apud uxorem vellet cenare, portionem postulant non miserunt Polemarchi: eidemque, quia postredie solemnia facta offensus non fecit, multam dixere. *Athenus & Plur.*

Narrat *Cassianus c. 26. lib. 5. Gastrimargie*, de quodam Senecemita, cujus nomen non exprimit, quòd is nunquam solus cibum sumperit: ac propterea ad rotos quinque dies septius reficiendi corporis moram extraxerit: dum vel die sabbati, vel Dominico, cum ad Ecclesiam accedendum fuit, occasio obtulisset aliquem fratrem peregrinum, quem secum adductum mense sordalem adhiberet: atque ipsulum quoque non tam suæ necessitatis gratia fecisse illum, quam hospiti pietatis officium exhibendi causa.

Quo habuit, Vestitu.

In Monasterio Tabernensi, ubi Amos Abbas mille quingentis monachis præfuit, Fratres ad mensam congregati, pendebant à fronte cucullis, ita oculos tegebant, ut alius alium videre comederent non posse. Itaque tantum quique sumebat, quantum collibisset: & singulorum continentia singulos latebat, ne inanis gloriæ daretur occasio. *Marulus lib. 4. cap. 2.*

Quo Situ.

MASINISSAM regem Numidarum nonagesimum ætatis annum agentem, meridie ante tabernaculum sitantem, vel ambulatè capere solitum cibos, legimus. *Front. lib. 4. c. 3.*

MITHRIDATES rex Ponti jam senex, cibum captus, non accubebat, verum itans vescabatur. *Ravissus.*

SOCRATES de Priore monacho Ægypti in deserto Thebaidis ex Etragio reulit, ambulando eum cibum capere consuevisse. Interrogatum autem, Quamobrem sic veleretur? illum respondisse, Nolle se cibi tantquam operis aliquid necessarii facientem uti, sed malle negligitè & obire, aliàs verè: Idèò, ne inter vescendum corporalis aliquid delectationis anima perciperet. *Socrates lib. 4. c. 23.*

ALIMENTORUM.

Preparationem, Cocturam, Condituram.

Herodes simplici & frugali assueti, ut pugiles, victui (qui cibus omnes illecebras accitas & supervacaneas detrahebant,

adèò ut ne piscibus quidem uterentur) cum stativa ad Hellepontum haberent, non sustulerunt abique sale carnes gustare: quare saltem solum testati sunt pulmentum, quòd rejici nequeat, esse. Ut enim colores ad movendum lucem, ita fafores saltem ad excitandum desiderium sensum. *Plutarchus lib. 4. Convivial. quest. 4.*

ANACHARSIS apud *Ciceronem lib. 5. Tuscul. quest.* suam abstinentiam ostendens, ait: Mihi pulmentum fames, cubile solum, vestis Scytharum tegmen est.

Inter pulmenta Laconum prima laus erit juri nigro: quare carnes non petebant majores natu, quas junioribus permittent: ipsi decuriati jure vescabantur. Fama est, quendam regem Ponti, hujus juris gratia coquam Laconicum comparasse: mox gustu offenso, subjecisse coquam, Hoc jus parandum, rex est iis, qui in Eurota laverunt. *Athenus lib. 4. c. 4. & 5. & Plutarchus in Lycurgo, & in Laconicis. Marc. Tullius Tuscul. quest. lib. 5.* scribit, Dionysium tyrannum Syraculanum Sparthæ in Phiditiis cenavisse, & à cena negasse, sibi nigrum illud jus, quòd cæna caput erat, placuisse: Tum qui illum coxerat, respondisse: Minime mirum, si displicuisset, condimenta enim deesse; ac Dionysio roganti, Quæ tandem illa? Labor (inquit) in venatu, sudor, curfus ab Eurota, fames, sitis; his enim rebus Lacedæmoniorum epulas conditi. Est autem jus nigrum, ut inquit *lib. 6. Pollux*, hamatia, id est, sanguiculum, id est, hamation: esse hodiè sanguinem putent cibum concinnatum, quòd hypotrimma dicitur quoque, ac hypophagma. *Celins lib. 13. c. 25. Antiq. Lett.*

Lacedæmonibus coquos esse non licebat alios, quam carnis duntaxat. Qui verò quamvis cupidariam aliam artem novisset, ejiciebatur Sparta. *Alianus lib. 14. de Varia historia.*

Acetum & falem ministrabant Lacones coquo, reliqua ex hostia quærere jubent. *Plur. in precept. sal.*

LAÇON quidam ingressus divertorium, cauponi dedit obsonium, ut appareret. Quum ille posceret caulem, acetum & oleum: Quid, inquit Lacon, si caulem habebam, jam non egerem obsonio? *Ei τρυφή εἶναι, ἢ ἄδελφὸν εἶναι.* Campo caulem & oleum petebat ad condiendum piscem; ad Lacon supervacuum existimabat, cibum cibo miscere: quum aliter per fatis esse posset. *Plutarchus in Laconicis, & Oratione 1. de Esu carminum.*

Romanos diu non pane, sed pulve victitasse, pistoreque per annos de usque ad Persicum bellum, nullos habuisse, constat. Fiebat autem puls ex aqua, frumentis & fabarum aut hordei farina, quam in factis oblationibus deorum pro victima adhibebant. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 11.*

M. CURIUS DENTATUS, cum à Samnium legatis audiretur, rapa sibi parare obsonium inventus est. De eo *Iuvonal. Sat. 11.*

— Cuius parvo qua legerat horto Ipse sociis brevibus ponebat oluscula, que nunc Squalidus in magna fastidix compede jessor.

APOLLONIUS Abbas panem, olus, herbas edere solebat: sed ita fanè, ut ea sale condiret, vel aceto maceraret: coctum gustavit nihil. *Marulus lib. 4. c. 2.*

THEONEM monachum cruda comedis accepimus, nec ignis opera unquam usum. *Idem.*

PALÆMON monachus in Thebaidis deserto habitans, celebri Palchæ die Pacomium contubernalem suum rogavit, ut solito largius obsonaret. Coxit ille olus, oleoque & sale condidit. Sed postea mensa, Palæmon suspensus parumper stetit, ingemuit, lacrymas effudit: & Dominus meus, inquit, crucifixus, felle & aceto potatus est, & ego oleum edam? Averentem se ac lugentem, Pacomius hortabatur, ut sumeret, & illam olei lautitiam non tam sibi quam felle solennitatem concederet: tantum profecit, ut nec iple aliud gustarit, quàm quòd consueverat, panem scilicet cum sale, aquamque frigidam. Sic refecti, Deo gratias egerunt, hoc tantum fatis tribuentes, quòd ecastunc sapiiores paraverint, quam comederint: adeo oleum in cibo sumere, luxuriæ deputabatur. *Idem.*

RICHARDUS confessor panem comedit hordeaceum, quem aspergebat cinere, ne præ se ferret suavitatem. Aquam lacrymis suis tepefaciebat, eaque faciebat balnea, quibus aliebat leprofos, & se postremum. *Ravissus.*

Mixtionem.

JON poeta scripsit, vatem quendam Palamed prædixisse, Græcos navigaturos, qui tres cyathos ad unum biberent. *Athenus lib. 10.*

De modo miscendi vini Veterum, *Athenus lib. 10. c. 8. & 9.* Item de modo propinandi eorundem, *idem c. 10.* Ajunt, cum purum in cœnis vinum datur, omnes Deum

